





1525

AD CLEMENTEM SEPTI/ MVM PONTIFICEM MAXIMVM.

IACOBI FLORI PRAESBY/ teri ſamnitis aduerſus Impia & peſtifera Martini lutheri dogmata præfatio.



IACOBVS FLORVS PRE-
sbyter Matthæo Tigurtino uiro
consultissimo. S. D.

EX quo tibi Romã proficiscenti Mat-
theæ uir consultissime: & amicorum
optime, hãc in mea opuscula ad diuũ
Clementem pontificem maximum
dirigendam commiserim præfatiunculam: spẽ
sane optimam haud hæsitanti animo concepi: te
nunq̃ rebus meis æque ac tuis defuturum, tanta
est enim in te amicitiæ sanctitas, tanta constantiæ
uis: ut illa spes, quã de te mihi constitueram, me
fallere non ualuerit, quippe hæc est illa sola uir-
tus, qua homo uertitur in hominem: quis unq̃
poterit seipsum decipere? quis etiam sibi ipsi
deesse? Hac demũ confirmati labores durissimos
& continentissimos toleramus, hac etiã tormẽta
intrepidi subimus, & ipsam quoq; mortem, si
quando opus fuerit, minus exhorrescimus, cur
hoc? quoniã qui uere amicus est, ista pro se adire
uon pro alieno putabitur, Quum ergo in te sit
ueræ specimen amicitiæ, amico deesse non potui
sti, Viue igitur in ista luce & amicitie candore
nitidissimus, eiusdem fructum excerpe suauissi-
mum, Tandem profectus Romam, & rerum ha-
bita cõmoditate, ut ad me iucũdissime scripsisti,

rem protinus tentasti, sacri palatii studiorũ assertorem adiisti, cui, ut mos, & ius postulat, eam recensendam protulisti, Quam dil geti & charitate feruenti studio pensitatam tibi reddere curauit, decreto pro suo iure interposito, ut sine ulla controuersia in lucem ęderetur, Tu deinde cęteris & tuis etiã rebus prętermissis omnibus nunq̃ conquiescere decreuisti, donec rem perfecisse uiderere, quamobrem tibi gratias ago immortales, & innocentio de iannectis e melphi, uiro alioquin bonis artibus ornatissimo, quem tuum ad hoc sotium asseris fuisse diligentem, & agathio, studiorum in urbe ꝓbatissimo cuiuslibet, quo utimur, idiomatis professori, qui in hoc negotio pro amicitiæ iure, ut ad me scribere uisus est, tibi deesse non constituit, Quorum omnium uideo factum esse opera, ac diligentia, ut quod optaram perficeretur, quo prorsus in officio non solum rem fecistis gratissimam, sed domino bonorũ omniũ authori, & maximo largitori non mediocriter placuistis, & labori tribuere minima nescienti, si ego, ut his qui meritis uestris erga me nil premii ualeo conferre deesse uidebor, quod me urget, officio, Vale.

IACOBI FLORI PRESBYTERI Samnitis e fonte roseo ad Clementem septimum: Pont. Max. in sua opera communis præfatio, In qua in Lutherum inuehitur, Christianæ reip. & sanctæ matris Ecclesiæ hostem infantissimum.



I quis riuulos camporum planitiē percurrentes: Cle. Pont. Max. aliquando uiderit: eosq; ab ipso fonte emanare nō putarit, aut insanus erit, aut insaniam simulabit, Cæterum si ramos ab ipsa radice ꝓdire per negabit: inter amentes amentissimus existimabitur, Verum quorsum hæc? Ecce petro apostolorum principi dictum est, pasce oues meas, qui post Christi regis nostri ascensum sup astra, eiusdem immortalis, & æterni Pōtificis in terra uicē gessit, cuiq; pascendi gregis cura demandata est, a, quo cæteri sacerdotes uel simplices, ut hos appellare consueuimus, in pascēdis ouibus tanq̄ ab uno fonte transmissam indepti sunt potestatem, semperq; eodem instituto ab uno summo pontifice, & sacerdote ad alios hæc eadem potestas transfunditur patrum serie succedentum, Hoc quum ita sit Pater sanctiss, his nostris tēporibus

ut lux fulgentissima in tenebris, ad sedem Petri regendã, ad oues Christi prima cura pascendas, in summum delectus pontificem reip. Christianæ diuino quodã lumine illuxisti, Ita ut tibi merito dicatur, Tu Clemens lux ipsa mundi es, non poterat generositas tua, non morum sanctitas, non sapientiæ, quæ tui muneris propria est, qua cuncta regis & moderare in terris, lumen in nebris delitescere, Quum sis lucerna illa uirtutũ omnium fulgore accensa nõ debebas sub modio latitare, sed super candelabrum, ut his qui in domo sunt lucesceres, collocari, quũ salis illud condimentum tuis ouibus degustandum, per quod sapientiæ suauitas in corda Vbertim eliquescat, Te præterea portum illũ certe speramus ad quẽ fluctuantis nauiculæ cursus optato dirigatur, ita ut de te quoq; hæc dicar cecinisse. quæ de Leone decimo ædere constitueram, hanc olim allocutus nauiculam illo Pont. adorato.

Quæ quondam fueras pelagi uexata procellis
 Nauis, & excusso remige tuta parum,
Gaude, nãq; parens misit florentia tiphym,
 Quo poteris portum salua subire duce,
Non tibi cyaneas posthac horrescere cautes
 Cura erit, aut siculos pertimuisse canes,
Non illisa uadis libycas horrebis arenas,
 Nonq; sinus refluos aspra malea tuos

Sed placidum uentis altum sulcabis abactis,
Numine ductoris læta carina tui,
Atq; diu ut ualeat cursum ductare per undas
Huic dabitur merito uiuere posse diu,

Hæc sunt utriq; communia, quãdo uterq; idem, Teq; etiã ne Maria inter se concurrãt concitassima, isthmum in medio positũ stabilissimũ omnino confidimus, Christianorum ut furor contundatur discordiarũ, & nominis Christiani hostes, suum habeant, quem male formident, hostẽ acerrimum, His ante omnia, ut optime calles, Pater sanctiss, oues tibi non minus q̃ olim Petro commissæ pascendæ sunt, deinde ut ab aliis, quantum in se est, Ecclesiasticis hominibus pascantur, a te uno pascendi copia largissime de promitur, ad omnesq; deriuatur, ad quem tanq̃ ad uberrimum sanctitatis fontem, & gratiarum fluuium cunctis liber accessus est, & tutissimus. An ille id negabit, quem Polyphemo alibi libuit comparare, uecordissimarũ pecudum ductor, Martinus lutherus? Qui consutis mendaciorũ fraudibus, suo sensui nimis ambitiose credens, fastu aspernabili turgefactus, remp. Christianam nõ mediocriter turbauit. Ah nimium superbe, & abunde insipienter fecit humanæ innixus sapiæ, hac quoq; licet indignissimus, quæ stultitia est apud deũ. Quippe lutherus iste fatetur, se Christianũ esse, sed Chri-

ſtum (quia ſimulata eſt iſthec religio) imitari contemnit, nam Christus diuiniſſimam ſibi faciē inhoneſte percutienti placidiſſime reſpondit Si male locutus ſum teſtimoniū perhibe de malo, quod ſi perhiberetur, quāuis fieri non poterat, teſtimonio ceſſiſſet Christus, hic in ſuis ſcriptis nec optat teſtimonium, nec, ſi contra proferatur, ulli credere conſtituit, & ſuo tantum, neglecta ueritate innititur, malo licet, ingenio, quod illi prauū eſſe, ut paſſim per ſua ſcripta erroris pleniſſima omnia comprobatur, ingenue proclamamus, ſaltem rationibus acquiſieret, ſed cui ſenſu malo ſupprimitur ratio, nullis equidem ille in cauſa rationibus conquieſcit. Audi beatiſſ. Pater iſtius monſtri hominum inſulſiſſimas certo ineptias, & ſua ſententia inuentorū nugas in paucio, quæ ponere in hac parte rationi non abſonum eſſe duxi, ut cætera ſui furoris, quæ ſupra ſexcenta reperiuntur, uiris præſtātiſſimis, & pro Christiana ueritate pugnaciſſimis, quos authores mihi habeo receptiſſimos, uellicanda, confodienda, a Christianæ relligionis liminibus procul exterminanda relinquo, uel ſi plura mihi taxanda deſtinato, in aliud tempus ut differantur plane conſtitui, quum alia hic locus expoſcere non uideatur, Poſtq̄ in hanc beſtiam incidimus, quem ſemper hac nota nominare mihi prorſus licere putabo,

quousq; in uiam redire sic pertinacissime nega-
bit, & digressio non erit iniucunda, sic igitur &
his uerbis ille blactero suam prauam concludit
opinionem, ergo, inquit, uel petro, uel successori
suo nõ esse omnes oues Christi cõmissas, aut oues
quas non Petrus sed Paulus & cæteri apostoli pa
uerunt ad oues Christi non pertinere, quo quid
blasphemius? Ergo corinthii, galatæ, philippen
ses, & aliæ gentes, quia nec pascente nec pastores
mittẽte Petro pastæ sunt, oues Christi intelligen
dæ non sunt, Hæc lutherus uidetur uirulenta mi
scere disputandi uesania, & blacterare, Durũ est
pater sanctiss, non tamen ad audientum profe-
ctum inutile, cum superbis & ambitiosis, quibus
ut deus resistat necesse est, & uaniloquis de uerita
te uerba facere, quoniam mendaciorum origo a
superbia est, ea enim supbus uera esse asseuerat,
quæ ad superbiæ comminiscitur defensionem;
quæ ut uera censeantur, nulla quidẽ apparet fieri
posse ratione, nam ueritatis fautricem, & omni-
no cultricem solam cognoscimus, humilitatem,
non eam. s. quæ simulata est, sed eam quæ bonorũ
est propria Christianorum, Vnde fit, ut superbi,
quorum iste lutherus hac nostra tempestate pa-
ter est, ueritatis noscant uestigia non merentur,
quare non iniuria roganti pilato quid esset ueri-
tas saluator noster nullum fertur dedisse respon-

sum. Superbo enim & arroganti sibi quod non li cebat, tantæ rei arcanum aperiri non decebat, su/ perbus ergo ut ueritatem penitus ignoret neces/ se est. Quid mirum? si mẽdaciorum autor ille ha betur, qui dixit ponam sedem meam ad aquilonẽ & ero similis Altissimo, quẽ Lutherus in isto tam insano congressu sectari constituit. In quem illud merito retorquemus, ab aquilone pãdetur omne malum, cui significatius, cui unq̃ uerius hoc here re potuit uaticinium, q̃ Luthero, qui has incolit partes, illius durissimæ indigena Barbariæ? An ab hoc omne malũ temere arbitrabimur, qui omne bonum decreuit euertere, primatum. s. Petri, & successorum in ecclesia, quo sublato quid boni re manebit, ut probatur, & hoc iacto fundamento, malorum omnium machinã fabricauit, & ut hãc foueat insaniã, quod Superbissimi est, nullis neq; testimoniis cedit neq; ratiõibus acquiesit. Sed illa quæ in eum dicẽtur, si non sibi ut mele obstinato nobis tamen admodum, prodesse uidebũtur, quũ luce clarius erit inspicere, perfidorum, & depra/ uatorum deprehendi mendacia, & magis atq; ma gis sanctorum & fidelissimorum ueritatem eluce scere, in quo uelut exultantes perspecta ueritate confusis Mẽdacissimorum hominum fraudibus interiori fruamur consolatione. An hic fortasse Lutherus, quoniam primatum sibi adipisci non

ualuit, aliis Sanctissimis & ornatissimis uiris de-
negandum esse contẽdit, hic fortasse eremi simu
lata paupertate dixerit. Non sum huiusmodi pri
matus ita cupidus, ut existimas, quoniam abiecte
uiuere diu didici, & contemptæ ratione uitæ con
tineri, o Luthere cur conscientiæ acri morsu non
tabescis? & ĩmortalis tineæ? quam semper rena-
tis fibris miserrime alis, Interiora mallẽ ista tua:
q̃ exteriora & in doloso pectore nollẽ te sub qua
dam agni simplicitate uulpeculã enutrire, & sub
ouina pelle lupinam abscondere feritatem, & in-
ter dulcia uenenum diffundere. Tu abiecte uiuis.
Sed probatissimos uiros, & summa sanctitate can
didissimos nimis superbe iam pergis Maledictis
lacerare: quæ nam ista mentis tuæ cum ore dis-
cordia? paupertatem profiteris, & uẽtoso pecto-
re Superbiam proflare non cessas Hæc deo, & ho
minibus odio esse nõ te fugiat, hic te forsitan scu
to ptegere tentabis: & iniecta spicula declinare:
& simulatam defẽdere sanctitatẽ, Inquies ergo,
crimina ęquo animo ferre non possum, crimina
me charitas insectari compellit: legitur enim exal
ta uocem tuam quasi tuba: & Annuncia Populo
meo peccata eorũ, quid me incusas, quid tantum
liuenti sanna dilaceras? quid carpendi tristificas
acerbitate? Si te Luthere id facere charitas com-
pelleret, Sic temere in sanctæ Matris Ecclesiæ in

ſtituta uenenum animi tui minime diffunderes, charitas enim non agit perperam, benigna eſt, & nemini non merenti maledicit. Id profecto tibi pro iure charitatis uitio non darem. Sed aliud eſt hominũ uitia carpere, aliud eccleſiæ ſoluere ſan/ ctiones, & in ea diuini ſpiritus inſtituta, & chriſti peruertere ueritatem, & inania confingere cõmẽ tá: Iam ſupra te praue feciſſe demonſtraui, q̃ ui/ rorum ſanctitatem quoq; uenenatis maledicen/ tiarum notis inficere audes. Quæ nam crimina in uiris intemeratæ animę: ſupremæ ſanctitatis, cœ lo quippe dignis tuæ prauitati conſona compe/ ries? quæ tua inſequatur barbaries? & ab aquilo/ ne monſtrata malignitas. Vitia ergo non te mo/ uẽt: ſed ĩnatus barbari animi liuor, quo tabefactus non niſi bonos unq̃ inſectabere: Quid? quoniam illorum prorſus emulari non confidis bonitatem Nunq̃ inquies, ſum bonos perſecutus, quod ſciã, ut tu tam inclementius proclamas, o luthere non te tam obliuioſum coniiciebam, ut quod tã me/ moriter ſcripſiſti, & diligenter non ſemel atq; ite rum recenſuiſti, ac prius ingenioſe, & ſi nõ uere, inueniſti, tam cito memoria excidiſſet. Sed ſi quę dicam ęquo animo admittere nõ pernegabis me moriam adiuuabo tuam. Recole igitur mẽte tua: quid blecteraſti: in eo tuorũ, quę in ſantiſſima cir cũferuntur non tamen ſine diſpendio, ſcriptorũ

capite,quod est contra sanctissimum uirũ sanctissimum: unq̃ uirum te inuito Luthere: & maximũ pontificẽ anacletũ,quem ore spurcissimo insciũ scenicũ: poeticũ,nugatorẽ,appellare ausus,es. In quo tibi a doctissimis uiris satis abũde respõsum est,& satis erudite. Ibi enĩ ĩ uirũ hũc diuinissimũ nõ minus ĩauspicatissime q̃ stultissime inclamas ꝙ eũ in uocabulo cephas nõ bene sensisse deprehẽdisti,esto tuã opinionẽ nemo inueniret q refelleret,& solus anacletus nullo pacto excusari posset,aut defendi nõ:ũ tãtus hic error cẽsendus erat, ut tãta sic temere a te efficeretur ignominia,& spneretur cõtumelia, Tu illũ ĩsciũ uocas? qui si unq̃ te qd scire pernouisses,ad tantã & tã insignẽ nũq̃ ꝓlapsus esses uesaniã. Tu scenicũ nominas? q tãtũ risum ĩmo effusam & dissolutã tuis blacteratio nibus legẽtibus pariter & audientibus cõcitasti cachinationẽ: ut nullũ olim in scena ridiculũ,o demẽs hũc tu poeticũ scribis,q si tua in tuis dãnatissimis monimẽtis pẽsitasses fabulamẽta: nõ mõ te poeticũ appellari debere arbitrareris: uerũ ẽt: qa cõsciẽtia purgẽte mouerere: mẽdatiorẽ mẽdacissimo,tu eũdẽ nugatorẽ dicis,o luthere,si te aliqñ sanus cognouisses & q̃ blacterasti ꝑpẽdisses, te cõsciẽtia teste: luce clarius,tuis nugis reip. Christianę turbatorẽ nõ diffitereris, Iste igit lutherus sanctissime pater habitu eremũ colit ĩgenio uero,&

uoluntatis prauitate Superbię obnixissime conatur superare fastigiũ,& simulata Sanctitate,quos pro munere saltẽ adorare debebat:a culmine diuinitus institutæ Maiestatis deiicere atrociter cõtendit. Qui miser ad opinionem nihil proficit & animi libidinem:rumpantur ilia codri. Sed ut ad cœptum redeamus,quid in hãc tam stultissimam & eandem insulsissimam sententiam dici potest. audi pontificũ maxime: Veritatas testatur omnes oues Christi principali cura Petro cõmissas esse, id iste pertinacissime negat,ut in alio loco fœdius asseuerat,quem non longe ante illam sententtam quam hic Paulo ante ipse conscripsi:tetigit, qui locus is ẽ ,Quoniam non dictum est Petro pasce omnes oues,concludit,ergo omnes oues Christi Petro cõmissæ intelligi non debent: Vide pater Beatis. q̃ hic sit asper,rigidus,& inamęnus disputator contra diuinissimæ scripturę simplicitatem Non uidet superbia turgescẽs in sacra pagina nõ omnia ad dialecticorum disputationem restringenda esse: sed ea qua posita sunt simplicitate intelligenda. Ergo nõ recte dicitur,quoniam ĩ llo loco Euãgelii nã posita est illa particula omnes: nonomnium Christi ouium ad solum Petrũ pertinet pastura: Sed in primis o Luthere,ut te prodam:quid sibi uult ꝙ soli Petro dictum est:pasce oues meas:quod omnibus dictum fuisse pertina-

citer assueueras, Si hoc uolebat sub præcepto intel
ligi, quid prohibebat multitudinis numero impe
rare? pascite. s. oues meas, ut multa huiusmodi
præcipere cõsueuit, uos inquit estis sal terræ, uos
estis lux mundi, prędicate Euãgelium, nolite por
tare Sacculum neq; peram, & neminem per uiã
salutaueritis, & sexcenta id genus, Sed uide, non
tuo. s. sensu uti soles, uerum saniori iudicio, q hic
& ibi, dabo tibi claues &c. prĩcipatus exprimitur
Petri: in aliis uero cõmunis demandati Officii cu
ra, ab uno. s. principe, ut accipite Spiritum san-
ctum, quorum remiseritis &c. qđ munus quoniã
unus id exequi nõ poterat, omnibus cõmitti par
erat, quod futurũ, his uerbis demonstrauit ab uno
emanante potestate, primatum clauum & funda
mentum Ecclesiæ uni potuit assignare, quum di-
xit dabo tibi claues & tu es Petrus &c. Nã optimũ
illud, & sapientis uiri, unus ergo princeps, nam si
aliter constitueretur omnia confundarentur, offi
cium plurium esse potest dũmodo ad unum refe
ratur principem, Edisce mi Luthere, & pone su-
percilium: id q̃ sit naturale, ut principali cura ab
uno res gubernetur: omittamus alia: apibus tantũ
unus constituitur quo regantur, rex Non animo
perpendis tuo a natura mutis id quoq; & ratione
carẽtibus datum esse, tanq̃ maxime necessarium?
Versa quoq; Luthere mẽte sana: q̃ hoc humano

generi esset perniciosissimum: si omnibus: ut tu haud recte sentis, potestas in Ecclesia æquo iure aut clauiũ aut regiminis sine ullo delectu cõmitteretur. Tunc illa, ut alia prætereamus incõmoda; uirtus extingueretur obedientiæ: quam deus ante omnia a primo homine tanto artius exegit, quanto magis bonum erat hoc necessarium: iam altius atq; apertius deinde est hæc uirtus celebrata, ut illud obedientiam uolo & non sacrificium, tolle igitur primatum unius, & non erit obedientia, nã cui exhibebit? si nemo esset qui pareret, nõ enim qui potestatem habet, eandem habenti & parem illum obsequi uidetur decere, hoc igitur sublato ut obediẽtia quoq; tollatur necasse est, qua deniq; adempta, nullum erit acceptum deo sacrificium, quoniam obedientiam uult & non sacrificiũ, tolle sacrificium tanq̃ uanum sine obedientia, & deo nullo modo placiturum: nam sine hac uirtute sacrificium nullũ offertur, & mortalibus nullo deus placabit cultu, quod quum sit uana est humani generis cõditio, homo enĩ factus est ut intellectũ summum bonum, qui deus est, diligeret, an hæc dilectio demonstrabitur sine obediẽtia? an homo deum unq̃ placabit? non profecto neq; exteriori neq; interiori sacrificio, de quo dicitur, sacrificiũ deo spiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum deus non despiciet, cui nam, qui pai re

re contemnit spiritus contribulabitur, aut conteretur cor, aut humiliabitur? tolle igitur obedientiã, & homo sine causa conditus est, quoniam ad quem factus probatur, nullum attingit finem, edi sce igitur mi Luthere, quantum a tuis nugis dum has tuis stultissimis pecudibus p suadere niteris: malum proficiscitur, quoniam quũ ad unũ principem rem nullo pacto in Ecclesia referendã llacterare non cessas, tu cum tui uecordissimis sectatoribus ritum a deo præceptum, & a sanctissimis patribus frequentatum: perturbare non desinis, qua insania exacerbatus, quantum in te est, obedientiæ bonum penitus euertisti. Sed quia noui te Luthere, hic audacter respondebis, Illud, o presbyter Iacobe, qui tantum in me furis, illud de primo parente, & illud obedientiam uolo &c. Vt deo habeatur obedientia non homini: præceptũ uidetur. Ego ut id fiat, his qui me sectantur, persuadeo, bonis moneo uerbis: crebris compello exhortationibus, cessantes accuso liberius, ut optimum decet preceptorem, & iustum & diligẽtem populi rectorẽ, & ut uidere uideor illud ineptiss. interpretaris, & alia q̃ debet ratione, o luthere qs te, me in te furere, docuit, an furentẽ sine fine carpere sit furor? noli quæso concitari, noli animo perturbari, an tu optimus præceptor? qui non nisi praua præcipere didicisti, tu iustus & diligẽs re

ctor populi? qui iustitiæ hostis es deterrimus, qꝙ tuas pecudes ut toruus polyphemus licētia emittis solutissima, non sacris cohibes Sanctionibus, quis ut, ad rē redeamus, quis negat deo ante omnes obedientiam deberi? Sed si hominibus eam, præstari deus noluisset: in quo illi etiam maxime placitū uideretur, apud Paulū doctorē tuū imo nr̄um & nō tuū quū te ad sanā mētem, culpa, tua: restituere nō ualuit, hæc nō legerentur, ad Rom. xiii. cap. oīs, inqt aīa potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi a deo &c. hic habes insanior insanissimo luthere potestates esse sublimiores atqꝫ omnē animam. i. hominem his subiici debere easdemqꝫ adeo institutas esse, ecce pro Pauli sententia quem refellere non audebis, impudentia sis quamq̄ singulari: potestatem esse intelligis, & hominem potestati subiectū, & hoc ipsum a deo, quod quum negas: pauli sententiæ contradicis, nec non etiam cœlestis numinis institutioni, quid ad hæc respondebis luthere? quo ingenii uigore hinc te poteris explicare, eo si abuti non perges quod tibi peculiare est. Nā in omni huiusmodi rerum difficultate ad ingenii tui prauitatem confugere libentius consueuisti. Num in ecclesia unius abnegabis principatum esse oportere? ad quem cuncta referantur? An Paulus eo tempore non Ecclesiam hac sentētia instituebat?

ut his potestati pareretur? An Paulus censebat potestatem in ecclesia omnibus occupandā esse? & non uni cōmitēdā? perpende quæso luthere uerbum illud sublimioribus. s. ad quid hic comparatiuum istud positum intelligitur? si cui res comparari debeat nō iuenitur, sublimior nōne is qui cæteris præstat putari debet? si grāmatices rationem nō ignoras. Si potestatem Ecclesiasticā post Christum in cœlum susceptum, omnibus inuadēdam arbitrabimur, quis comperiretur sublimior cui omnis anima, ut Paulus monet, subderetur? Tu fortasse hic dices, Paulus de seculari, ut aiunt intelligebat potestate, non de ecclesia quę omnibus cōmunis relicta est, quæ toleratur inter christianos ad bonum populi: tunc tibi respōdebitur ergo potestas de genere boni est: an hoc bonū inter ecclesiasticos homines nefas es constitui? & uiuendi freno populus contineatur, sacris autē initiati licentia effluant lutherina nulli subditi potestati, o tempora felicia sacrorum hominū, lutherino uiuendi more ad licentiam natorum. An tu forte quæ ad spiritum pertinet: potestatem. i. ad sacramentorum ministerium, cōmunem esse arbitraris, in aliis cōcedis potestatem, tūc sic tibi respōdebitur, in ecclesia nihil est quod agatur aliud nisi quod ad rem sacram pertinet & ipsum spiritum, Si ergo propter bonum in ecclesia conce-

denda est potestas, cui nihil exercẽdum nisi sacrũ statuitur, & quod ad spiritus spectat ædificationẽ est in ecclesia propter bonum potestas necessaria Resipisce igit mi luthere: & cede paulo tuo, tuo iuxta si te ad sanã ab his nugis, & insania doctrinã reuocare potuisset, cede quæso, eũq; non furore nescio quo ductus, sed sana mente cõfirmatus intellige in hac parte ut & in cunctis, contra istam tuam sentire opinionem, & quãuis acri sis ingenio, non nimi, ut deceret, ne, ut tibi complaceas, a ueritate recedas, quo nil deo & hominibus odiosius. Quid detestabilius his, de quibus dici potest, sapientes sunt ut faciant mala, bona autem facere non norunt, cęterum quid tantum illã particulã, omnes pensitas quam superius tetigimus, sed cõtraria uincare sententia, a qua ratio ualebit, iã dicitur in psalmis in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ &c. hanc profecto uocẽ, omnẽ. s. si ut tu soles, superstitiose pon derabimus, mendacẽ prorsus eũ, qui hæc ptulit faciemus, quoniã minime in omnẽ terram exiuere, ita ut nulla pars terræ in orbe inueniretur, in quã apostoli, de quibus hæc intelligitur scriptura, nõ profecti dicerẽtur, & innumerabilia id genus in sacra pagina cõperiuntur, quã ob rem si propter simplicitatẽ scripturæ hãc particulã ita deflectimus, ut arctiorẽ, q̃ uerbũ patiat sensum eliciamus, cur si quando non ponitur ad

ampliorem, & pleniorem sententiã rei contextũ nõ referamus? ut quum dicitur pasce oues meas, commodissime intelligatur illud, omnes, Quis enĩ tã uecors (te solo excepto) & tui sectatoribus & tã demẽs nõ diceret christum: omnes oues suas hic intellexisse, cæterum ut simili superere argumento: legitur in exodo. Vt credant inquit q̃ apparuerit tibi dominus deus patrum tuorũ deus abraham & deus isaac, & deus Iacob, an quia hic nõ dixit omnium patruũ tuorũ: consequẽs est hunc non esse deũ omniũ patrũ: mosi, & aliorũ omniũ patriarcharũ, qui non hic nominantur? id si quis dixerit infantilissimus iudicaret, præterea, ibidem legit hęc dicit dominus deus israel dimitte populũ meum: an quia nõ dicitur deus oĩs israel & dimitte omnẽ populũ meũ, nõ ergo oĩs israel deus: neq; omnẽ populũ dimittendũ intelligebat deus: stultissimi hominis hæc esset consequẽtia, sed iste luthero nõ placebũt ratiões, quoniã his, ut septẽtrionale malũ, acquiescere nõ dũ didicit, nũ sanctissimorũ, & sanissima doctrina prędotorũ credet testimoniis? hoc etiã nequaq̃ fiet, quoniã ueritatis hostis, eius autori minus credere cõstituit: christũ legit testimoniũ quesisse: iste aspnatur testimoniũ, cur hoc? ne mẽdacia, & inuẽtorũ deliramenta pateant sua, sed uelit nolit testes quibus turpiter conuincatur in medium proferantur, quos

refellere nulla ualebit ratiõe, si desipere ulterius non decreuit, & ut ad calumniam illi aditus non detur, testium uerborum utar contextu, ne me eorum sententias falso uertisse meo dicẽdi usũ insimulet, Chris. ante omnes ꝓdeat, cuius uerba hęc sunt: præteriens autem dominus alios petro de talibus loquitur eximius erat apostolorum, & os discipulorum & uertex collegii: unde & negatione deleta præmittit ei prælatiõem fratrum, hæc ille uir maximus & sanctissimus. Num lutherus negabit hoc? dicet fortasse, si prælatus est fratribus non ouibus debet intelligi, inepta hæc esset sentẽtia, si omnibus præficit fratribus quod maius est: de quibus etiam illi dictum est, & tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos, & ouibus præfici debuit, edissere mihi luthere, unde ista fratrum Petro debebat proficisci confirmatio? si ad sanã mẽtem aliquando rediisti, inuenies id non aliunde q̃ ab ipso proficisci principatu, quem in hoc uerbo quoq; uidetur adeptus fuisse: quum discipulorũ nulli (excepto Petro) hoc dictum fuisse constat quoniam unum eum: qui principatum tenet, alios & cõfirmare & instruere decet: si hoc christus non uoluisset omnibus dixisset, cõfirmate fratres uestros: quare hãc chrysostomi fratrum prelationem Petro datam inficias ire non ualebis, Idem Chris. tertio etiam interrogãt: & tertio eadem in

iungit: ostendens quantum appreciatur prælationem propriarum ouium: idem in Iohānem: Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis ordinat Magistrum: & Doctorem, Idē q; in actib ap. Petrus a filio super omnes qui filii sunt, potestatem accepit, hęc ille, hi filii oues intelliguntur christi: qui per adoptionem filii dei nuncupantur. Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorum hæc refert, si christus accepit a patre dux sceptrum Ecclesiæ gentium ex israel egrediens super omnē principatū: & potestatem, super omne quodcunq; est ut ei cuncta curuentur, plenissimam potestatē: sic & Petro & eius successoribus plenissime cōmisit, & etiam nulli q̄ petro christus quod suū est plenum sed ipsi soli dedit: hæc ille, ergo pro istorum sententia Petrū & successores Ecclesiæ fundamētum recte intelligimus. Vel saltem his: quoniā græci sunt: quū latinis parum credere constituit: credat lutherus: præterea hiero: in eo loco. & super hanc pe. &c. ait secundum autem metaphoram petræ recte dicitur ei, edificabo ecclesiam meam super te, hæc hiero. quem confutare iste nebulo non deberet: an Aug. qui quidem eius est professionis autor fidem abrogabit? id nempe illi non uidebitur conuenire si penitus quod deceat non ignorabit, hic ergo Augus. in lib. retract. hæc scribit dixi in

quodam loco de apostolo Petro, quod in illo tanquam in petra ædificata est ecclesia: sed scio me postea sæpissime exposuisse quod a domino dictum est tu es Petrus & super hanc petram &c ut super hunc intelligeretur, quem confessus est Petrus: dicens tu es Christus filius dei uiui, ac si Petrus ab hac petra dictus personam ecclesiæ figuret, quæ super hanc petram ædificatur, non enim dictum est illi tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat christus: quem confessus simon, sicut ei tota ecclesia confitetur: dictus est Petrus, hęc aug. in hac parte hic doctor celeberimus, & uir diuini spiritus plenissimus, uidetur asserere se prius sensisse. ut illud super hanc petram &c referatur ad Petrum, tanquam ipse sit petra confessionis, & in hoc conuenit cum Hierō: ut supra dictum est. Sed postea id idem ad christum retulisse: qui petra est: quasi Petrus. i. ecclesia in qua primatum tenet, nam si principatū in Ecclesia non haberet non figuraret Ecclesiam, ædificetur super christum utrunque mea sentētia: principatum Petri in Ecclesia: & christi ouili apte designat. sed qui in uniuersam conspirauit Ecclesiam: an aug præcæteris fidem adhibebit? quāuis illius profiteatur relligionem? Verum hoc extremum accipe luthere. Aut tu insanis, aut si sapientior alijs: & sanctior, & Ecclesiæ utilior futurus eras. te ante alios: ut Ecclesia rectius ab ini

tio constitueretur, deus mittere debuerat, atq; eã ab his, qui ante te fuerunt, tanq̃ & ineruditis, & nulla: te iudice, sanctitate conspicuis guberna-ri, & regi nullo modo permittere, sed hoc nõ est factum: tu ergo stultior stultissimo, & omnium in sipientium insipientissimus iudicabere, Sed plu-ra de hac peste dicere, non est hic locus, quã deus auertat, & ut in uiam redeat, iterum atq; iterũ cœ leste numen comprecemur. Tum si illi qui sancti simos ac doctissimos uiros tam impudentissime carpit mihi hic parcitur, equo id ferat animo, Tu ergo pater sanctiss. inuito isto luthero, qui aut in sanus ipse, aut simulat insania m: legitimus Petri successor uniuersam gubernas ecclesiã, atq; in ea ut olim petrus principatum tenes & omnimodã pascẽdarum ouium potestatem, quæ a te christia norum omnium principe tanq̃ ab uno & uberri-mo fonte ut supra dixi ad omnes ecclesiasticos ui ros etiam ad simplices deducitur. Hoc quum ita sit pater beatissime, ego ille nullis quidem meri-tis sacerdos, qui inter tot peritissimos ac sanctis-simos uiros nulla demum comparatione aut do-ctrinæ aut probitatis cõnumerandus, pro mune-re quod suscepi, & ministerio tantum, non scien-tia bonarum artium, quæ uiris eruditissimis colla ta in me nulla uiget, insignitus, pascẽdarum chri sti ouium partes assumere non erubui, nunc præ

dicando nunc ſcribendo,& quamq̃ certarum mi
hi ouium cura aut nullarum aut paucarũ ad huc
demandata eſt,quod pro maximo:& ad ſalutẽ, &
ad animi trãquillitatem mihi ſemper exiſtimaui,
duxi tamen laborem meum debere eſſe cõmunẽ;
ut quum proprias nõ habeã,alienas ſuo domino
permittente charitatis igne excitãte curare mihi
iniunctum arbitrarer,ſi non iure adminiſtratiõis,
iure nihilominus charitatis. Multa ſcripſi pater
beatiſſime qualiacunq; exiuere,& uerſa & ſoluta
oratiõe,in quorum poſtremo ſtilo,de fide de ſpe:
nec non de charitate opuſcula fundamentum di
uinarum omnium ſcripturarum, ſubſequẽs poſt
hæc ipſa ingen,cõmentationes,quæ quum manu
emiſerim,Fabritio ieſualdo uiro illuſtri ſcientia
bonarum artium non mediocriter pręſtanti:& ſa
piẽtia inſtituto:comp ſanorum domino ſine ulla
controuerſia ultiſſimo,ſua in ſcriptiõe ad notata
deſtinaui,id mihi gratitudinis iure faciundum ui
ſum,ſane decuit:ut mea fert opinio,ut ille qui ad
hæc conſcribenda neceſſaria mihi contulit beni/
gniſſime:cuius domus ueteri , quodam inſtituto
eruditis ac probatis uiris maxime frequentatur:
ex his aliquem huius operę,quã mihi dedit:fru/
ctum reportaret:cęterũ ſi gremio ſanctitatis tuæ
inferẽdum exiſtimaui,quoniam , beatiſſimorum
pedum non infimus cultor bonitate pẽſitata cẽſe

tur.pro charitate,qua maxime succēderis, inde/
cēs minime arbitrabere. Præcipua, & maxima ps
boni principes in ecclesia ad ornamētum, & spūs
utilitatē certe habentur, contra mali ad contumę
liam ipsius: & perniciem animorum, nā regis ad
exēplum totus cōponitur orbis, nemo est qui ne/
sciat pater sanctiss. quanta sit malorum uis, & bo
nos q̃ importunissime inuadant, quæ si bonorum
principum non contūderetur cura, & religio ip/
sa quoq; aut penitus tolleretur, quia malis semp
odiosa relligio, aut saltem confunderetur, nō præ
terea ad fortunarum solum sæuiret calamitatem
sed ad hominum etiam exitium miserabile, nam
passim homines inocentissimi, ut sępe cōtigit bo
norū principū caritate & inopia: non modo furo
re impio fortunis omnibus expoliarētur, uerum
etiā crudelissime trucidarentur, & latrociniis nō
solum itinera apertissimis obsiderentur, & īmani
tate occuparentur, sed oppida ēt cōplura diripe
rentur, nec ulli demum facinori parceretur, aut
flagitiorū genus preteriretur, quid plura? malis
boni omnes prædæ esse uiderētur quæ oīa si qua
prohibentur, bonorum id agitur uirtute princi/
pum, quorum uirtus malis etiam principibus for
midabilis est, unde fit, ut oues tuæ, qui boni intel/
liguntur subiecti, ab his optime defensę, quę deū
in sua colūt bonitate, & in terminis te unū p deo

nullos malorum patiantur incursus: et ne dissipẽtur omnio seruantur, ecce quantum ouibus tuis boni principes prodesse possunt: quorum etiã in peccãdo, ut de hoc nostro rẽ licet intueri ecclesiastici homines cẽsurã exhorrescũt, & flagitiis maxima ex parte cõtinẽtur: boni ergo principes ad utrunq; prodesse ꝓbãtur, & ut humana ad hominũ stabiliendam societatem, & animi frenandã libidinem, & ut diuina: ad dei cultũ peragendũ, et ad sempiternã cõsequẽdã fęlicitatem iustitia seruetur, quã ob rẽ par esse uidetur, si sanctitatis tuę gremio cõfouẽtur: charitate cõplectũtur, ad beatissimorũ pedũ obseqa destinantur, ipse ergo Fabritius ut hęc opera edãtur, utq; ĩprimãtur opam mihi dare libẽtius cõstituit, si tua id sanctitas ĩnuet faciundũ, nãq; hoc scribendi genus huiusmodi est, ut, quo in lucem prodeat, tua sanctitas cõsulatur, cuius diuini assensus oraculũ in his oĩo putatur necessariũ: quod mihi scribenti, quod illi scriptori largissime atq; humanissime fauenti ut præstetur, ut concedatur, ut deniq; sancto maiestatis iussu emittatˀ sanctissimis pedibus appronus suppliciter exposco, præterea qui hæc & cõplura nõ ad aliud q̃ ad diuinaꝵ rerũ argumentũ pertinẽtia laboriosisˀ. scripsi, nõdũ ẽt sanctitatis tuę auspicio placide opitulãte, a scribẽdo desiturus, quęcunq; manu emisero, beatudinis tuę pedibus in primis

subiecto,& ecclesię iudicio,nāq; in his ut morta/
lis,& peccādi legi obnoxius,potui & aberrare po
tero non mediocriter,recensenda una hac ꝑ cun
ctis prętatione,cęterum scripta mea nasi stilū, ut
aiunt,aliqua fortasse non oībus æquo animo ferē
da licentia redolent,factū id confiteor,non ob id
tñ,ut ꝑsonas aut honoꝝ munera dedecorē,sed ut
uitia uidear oppugnare,nō tñ ut qui uitiosus nō
sim p̄cęteris,& peccatis obrutus,sed ut q in meis
scriptis mea ante oīa taxē delicta,ut & hoc stilo,
& dicendi cōsuetudinē posteris quoq; memorer
ꝑfuisse,ad quod ceu signū scriptoꝝ oīm maxime
dirigūtur sagittæ,nā prodesse uolunt scriptores,
quod maximū putari debet,quę nā maior utili/
tas ꝑuenit a scriptoribus ꝗ mores cōponere, q
nulla possunt instituí ratiōe,ne prius uitia scripto
rū effugētur,quātū in se est,acerbitate, prudētis
atq; studiosi moꝛ agricolę,q prius ab agro spinas
& cętera: obfutura euellerē curat ac ꝑiicere,deīde
semē iactare,sic moralis scriptor mores optimos
cōstituere nō ualebit,ni primū uitia humanis mē
tibus dicēdi abigat grauitate,Nō tñ abest qn dele
ctare quoq; his pręcipiatur,quod tāti fieri nō de
bet,sępe enim ī dicēdo illecebrę,ꝗ aures mulcēt,
animis officiunt, ni sit grauitatis, dignitatisq;
plena suauitas,quæ etiam in se quid habet utili/
tatis,unde illud,omne tulit pūctum qui miscuit



utile dulci. Præterea si quid boni, si quid utilita- tis labores mei promittere uidētur, oīm bonorū deo tribuatur largitori, uerū si quid praui, si quid uani exiit, mihi ascribatur, qui talia sum ausus ag gredi, & ingenio & doctrina parū ualenti, quare quū sis ille bonus pastor: cui christi oues cūctę cō missæ sunt, æquæ ac olim petro: qui pro his ani- mā ponere, cœlestem & æternū imitatus pastorē minime dubitabis, qui ab ouili truculentā luporum rabiem arcere fortissimus, ouium cui pascendarum oīs potestatis plenitudo, quas ꝑ tua in christo fir mitudine, in fide stabilissime uales roborare, ne q̄ possint hæsitare, Terrena, quoties usus istis erit subsidia iisdē largissime sub ministras Virtutū et faciēdo primū ac postea edocēdo, clarissima illis exēpla proponere non desinis, aduersariorum bello te ualidissime oponere ne diripiantur, a recto ꝓsi lientes modis omnibus corrigere, hæc sunt diue pater ouiū pascua: hasq; irrigas uberrimo, & gra tiarum, quarum tibi plenitudo est: & sanctitatis, qua maxime nitescis, flumine, uel inuito, qui hęc stulte minus intelligit, & obstinatissime negat, lu thero, quū sis lucerna illa lucens in caliginoso lo co, & iubar illud fulgidissimū, quo pręcedēte: die uelut medio, tuto per has mūdi tenebras ambula mus, ita ut iure de te cantemus, facessat adulatio: exortū est in tenebris lumē: quum sis pręterea sa

lis illud cōdimentū:per quod diuin ę ſapiētię de guſtamus dulcedinē:quū ſis portus ille tutiſſimus ad quē petri nauicula fluctu agitatiſſimo ꝓcitatur nigerrimis erepta procellis,recipiatur,quū etiā obiectus ille iſthmos:ne maria inter ſe turbatiſſi/ ma cōmittantur.i.chriſtianorum impetus diſcor diarū,ad ouiū tuarum ſtragem,et īmanē perniciē quū deniq; ſis ecclesię illud ſtabiliſſimū fundamē tum de quo nullo unq̄ turbine deiicietur:et cœ/ lo diuino quidem numine fauente terrarū cœle/ ſti prędi tus poteſtate rector deſtinatus:qui more dei , cuius partes īter mortales agis, & minima cu ras, & ſumma, has preces & a minimo quidē qua leſcunq; fundantur:ut clementiſſimus,quo diui/ nitus nomine inſignitus es,nō ut admiſſu dignas, ſed ut digniores certam admittēdi ſpē cōcipiāt: ſanctitatis hoſpitio ſuſcipere minime dedignabe re:paruum nanq̄ militē animo nō uiribus:ſi parū ualet laudari decet:dū inter ualidiſſimos inuenit pugnandi:& cum hoſtibus confligendi neceſſita te:nec Herculem mole corporis cōmēdari ſi aio in re ipſa gerenda concidere:& hoſtium cuneos aggredi metuere comprehendatur:cæterū inter opipares epulas olea nec aſpernabilis . Quare ut tantus orbi:quem regis:cui moderaris: quē quo dam ueluti numine ualidiſſime ſuſtentas:optime caueatur et ut ſtultiſſimus lutherus deo;et homi/

nibus odio habitus turpissime confundatur ab omnibus etiam a minimis oppugnatus, & fideli-bus contemptui habeatur, & cum suis mendaciis profligetur, diu ac feliciter uiue.

Laus Deo.

¶ Macthęus Loisius Tigurtinus In Martinum Lutherum.

Luthere ueracis fidei quid aposthata pergis?
 In firmis tendis ręria quassa plagis?
Contrahe lętiferas orecti oblite sagictas.
 Tu telis planges spicula facta tuis.
Vnde datur contra obniti dic, perfide diuos?
 Dic demens multis conspiciende malis?
Dogmata posce tibi uera, ecce exempla gigātū,
 Contemptus cœli magna ruina fuit.
Durities animi: num scis? pharagona necauit.
 Et tibi iam ueniet: quam petis ira dei.
Quom te non tāgunt diuorum, & dicta parentū.
 Ipse uale ualeas: quo pede tendis: abi.
Te moueat florus, moueat te summa potestas,
 Teq; tui pietas, te timor ipse necis.

¶ Impressum Rome apud Antonium Bladū de Asula die. viii. Mensis Iulii. M.D.XXV.

